UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 4. Princeps, an sub pace vigintiduum virale comprehendatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

2. Laicum cenſetur collegium in quo laicorum numerus excedit Eccleſiaſticorum numerum.

3. A maiori parte denominatio.

4. Clerici ut cleri ſunt in collegio conſeri debet Eccleſiaſticum etiamſi clerici ſint pauciores laicis.

5. Qualitas potentior attrahit ad ſe totum mixtum.

1 TRibunal vigintiduum virale conſtat perſonis Eccleſiaſticis & ſæculari-
bus Eccleſiaſticæ perſonæ quatuor ſunt Eccleſiæ cathedralis Leodienſis
Canonici ſæculares vero ſunt partim ex ordine equeſtri partim populari Hinc
breviter dubitatur utrum tribunal hoc cenſeri debeat Eccleſiaſticum vel ſæcu-
lare. Quod ſit tribunal laicum videtur, Quia ſæculares qui in eo perſonam
2 gerunt excedunt Eccleſiaſticos , *Navar conſil 3. de foro compet. Maranta de ord.*
3 *iudic.par.4. diſt.11.num.21. & 23. Barth.l.fin. ff de colleg. illcit.* à majori enim
4 parte ſolet fieri denominatio, *Fel.cap. 1.de præſcript. Socin conſ.12.vol 5.* atẽ con-
tra quod Eccleſiaſticum cenſeri debeat videtur quia cum in collegio aut tribunali
ſunt æquali numero clerici & laici aut etiam clerici numero inferiori in eo ſunt
non tanquam quilibet ſed tanquam clerici tunc qualitas maioris numeri cedit qua-
litati numeri inferioris ita ut eo caſu opinione aliorum tale collegium cenſeri
debeat Eccleſiaſticum , *Rochus de iure patronatus verbo ius num. 24. & 25. Abb.*
cap. auditis in 3.not.de elect in cap.2. in fin de for.comp.in cap. per tuas de arbitr.
& in præmio decr.in prin.præmij glo.cap. à collatione de appellat. nam & in omni
5 mixtura qualitas potentior ſolet trahere ad ſe totum mixtum *DD. l.cum quæritur*
ff.de ſtatu hom ſuſiſſime Romanus l.1. §. ſtipulationum ff.de verb.oblig. & propter
mixturam privilegiati cum non privilegiato datur privilegij ad non privilegiatum
extentio. *Rebuff.late de privileg.ſcholarium privileg. 105 num.37.Cravetta Rubr de leg.*
8.num.152.& latius confirmari id poſſet ex ijs quæ *lib. 1.de iuriſdict ord.in exemp-*
tos oſtendi quæſt.26.

QVÆSTIO QVARTA.

Princeps an ſub pace vigintiduum virale comprehendatur.

SUMMARIUM.

1. In generali diſpoſitione non comprehenditur perſona loquentis niſi diſpoſitio ſit favorabilis aut ſubiecta materia id expoſtolet.

2. Sub generali diſpoſitione non comprehenditur perſona ſpecialı nota digna.

3. Inferior non poteſt docere legem ſuperiori.

4. *Princeps ratione regularium eſt loco imperatoris.* 5. *Laici poteſtas concurrens num Eccleſiaſtica illi cedit.*

NOn comprehendi convincunt paucis rationes ſequentes. Prima ratio quia 1
ſub generali diſpoſitione nunquam comprehenditur perſona ſequentis. *l.*
inquiſito C.de ſolut.cap.quiſquis de præbendis pulchre apud Ruinium conſ.83. col.ult.
lib.5.Goſad.conſ.76.num.14 & conſ.101.num.20.Menoch.in reſp.2.cauſa Finarienſis
num.74. niſi tamen diſpoſitio eſſet favorabilis *Crau.conſ.174.num.12.* aut ſubjecta
materia aliud ſuaderet, *Menoch.d.nu.74.& ſeqq.* aut niſi conceſſio ex certa ſcientia
procederet, *Goſad.d.conſ.76.num.11.* vel niſi alioquin fruſtranea eſſet diſpoſitio, *Menoch.& DD.iam laudati.*

Secunda ratio quia ſub generali diſpoſitione non comprehenduntur perſonæ 2
ſpeciali nota dignæ quales ſunt principes quam ego teoriam prolixius diſcuſſi in
tractatu de iuriſdict.in exemptos, *lib.1 quæſt.3.*

Tertia ratio quia princeps ab hoc fœdere ſpecialiter excipitur uti videre eſt ex
illius textu.

Quarta ratio quia etiamſi nominatim princeps ab hoc pace non exciperetur
non tamen eadem pace ligaretur. *Bertachina tract.de Epiſcopo lib.4.par.2. num.33.*
Bald.auth.quibuſcunque in fine C.de ſacro Eccleſ.& in l.digno vox. C.de legib.Barthol.
l.Lucius §.Titius ff de fideiuſ.libert.

Quinta ratio quia inferiores legem dicere Epiſcopo eorum ſuperiori non 3
poſſunt, *cap.cum inferior de maior & obedient.* Idque non ſolum qua Epiſcopo
ſed nequidem quæ Principi. Tum quia princeps ob regalia eſt imperatoris regiſ- 4
veloco, *Martinus Laudenſis tract.de principe quaſt.11. Iaſon loquens de Duce Mediolanenſi conſilio 101. par.4. Franciſcus Balbus de præſcriptionibus in 2. parte partis 5. quæſt.8.*

Tum quia poteſtas illa laica quæ concurrit cum Eccleſiaſtica herbam dat & ce- 5
dit Eccleſiaſticæ cui ſubditi nullo modo poſſunt imperare aut legem præjudicialem
dicere, *Navar.in cap.novit.not.6.num.26.de iudiciis cap.cum inferior ubi DD.de Maiorit.& obed.*

QVÆSTIO QVINTA.

Clerici an ſub eadem pactione comprehendantur.